repositum et relictum prout ea omnia in actis praesentibus contenta
latius testantur. Ratione cuius perceptionis et per se leva-
tionis summae praefatae duorum millium florenorum pecuniae, eundem
Generosum Victorinum Kowalski vicecapitaneum et officium Castrensem
praemislien. iam exnunc quietat et liberos facit perpetuis
temporibus. Nihilominus inscriptionem submissionis per officium
praesens de non extradendo summa praefata, in manus eiusdem
Georgii Mniszek factam cassat annihilat mortificat et ab ea
recedit perpetuis temporibus. Insuper idem Georgius Mni-
szek se ac suos successores in et super bonis suis omnibus haereditariis
et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post
habitis obligat et inscribit praefatum Victorinum Kowalski vi-
cecapitaneum, officiumque praefatum Castrensem praemislien. ab
omni quavis iuridica impetitione quarumvis personarum ra-
tione summae praefatae duorum millium florenorum pecuniae per
se apud acta et officium praefatum Castrensem praemislien. re-
posit et rursus ab eodem officio percepit et levat omni die
et tempore tantum quantum opus fuerit tueri deffendere evin-
cere eliberare et nihil non reddere, nec per se et submissas
personas ratione summae praefatae eundem vicecapitaneum
ac officium praesens iuridice perpetuis temporibus non impe-
diet immo in omni iudicio [illegible] interveniet et eius successores
intervenient, sub vadio similis summae duorum millium
florenorum pecuniae monetae polonicalis. Praeterea praefatus Ge-
orgius Mniszek se et suos successores super omnibus bonis suis
haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et
in post habitis obligat et inscribit, praesentem inscriptionem
ex his actis ad acta terrestria praemislien. ante decursum
unius anni transferre transportare similemque vel si opus fue-
rit meliorem recognitionem facere, sub simili vadio duorum
millium florenorum pecuniae monetae polonicalis. Quae quidem prae-
missa omnia in praesenti inscriptione contenta, praefatus Georgius
Mniszek se et suos successores super omnibus bonis suis haeredi-
tariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post
habitis obligat et inscribit, facere complere et exequi tam
in toto quam in minima parte tantum quantum opus fuerit sub vadio
et vadiis speciale et specialibus duorum millium florenorum
pecuniae, in deffectu praemissorum completionis ad solvendum
succumbens. Pro quo quidem vadio seu vadiis si se ipse Ge-
orgius Mniszek praefato Victorino Kowalski vicecapitaneo
seu officio Castrensi praemislien., ad officium praesens Castrensem
praemislien. vel laeopolien. citari permiserit, vel eius
postea permiserint, extunc a terris districtibus iuribusque
suis quibusvis propriis recedendo coram nobis officio cuius
ad quod sit citabitur Actus praesentis respectu cum
successoribus bonisque suis omnibus subiicit in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac

pro praefato vadio seu vadiis, omnibus exceptionibus contra-
versiis, praescriptionibus, suspensionibus, vera vel simplici
infirmitatibus actione promaiori, ad quietationem dilationem non petendi
motionibus appellationibus earumque prosequutionibus, statutis et con-
stitutionibus quibusvis laudatis et laudandis, bellis colloquiis con-
ventionibus generalibus vel particularibus, expeditione bellica
servitio militari et reipublicae seu sacrae regiae mentis, lega-
tione intra et extra regnum, absentia a regno legalibusque qui-
busvis impedimentis, poena tamen marcae et triplici poena ac
aliis omnibus generaliter dillationibus iurisque remediis semotis et
in partem reiectis satisfacere cum suis successoribus tantum quantum opus
fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Litinski ttr alio.

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castrensi
praemislien. nobilis Alexander Litinski, mente et corpore
sanus existens, a terris districtibus iuribusque suis quibusvis
propriis ac foro competenti recedendo, praesentis vero Castrensi praemi-
slien. iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quoad
actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorporando
et subiciendo publice per expressumque recognovit. Quia nobili Mi-
chailo Litinski et eius legitimis successoribus summam mille
Trecentorum florenorum pecuniae monetae et numeri polonica-
lis quemlibet florenorum triginta grossis polonicalibus computan-
dis certi veri et liquidi debiti seu mutuatae pecuniae tenetur
praesentique inscriptione, se et suos successores, super omnibus
bonis suis nunc et in post habitis obligat et inscribit
sine prodie et festo conversionis sancti Pauli apostoli
proxime et immediate venturo solvere realiterque circa
acta praesentia Castrensi praemislien. reponere et relin-
quere, nec iterum ab officio effectuare, aut quovis modo
arestare. In deffectu vero solutionis et reponendi summae prae-
fatae pro die et tempore suprascripto solutioni assignato
extunc tenebitur praefatus Alexander Litinski vel illius
successores tenebuntur, quos secum super omnibus bonis suis
haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et
in post habitis obligat et inscribit, eidem Michaelo Litinski
eius successoribus dare et libere admittere realem intromissionem
cum actuali et pacifica possessione in bona sua haereditaria
videlicet in duodecim cmetones possessionatos quos sibi elege-
rit, et medietatem excrescentiarum curialium et hor-
ni bonis villae Hruszowa consistentem, per ministerialem
terrestrem quemcumque sibi elegerit ad intromittendum iam
exnunc per officium praesens ad id additum, sub vadio similis
summae mille Trecentorum florenorum pecuniae, moneta polonica
per ipsum Michaelo Litinski et illius successores bona prae-
fata a nitione accepta ad festum nativitatis domini